

Q. F. S.

Super

QVÆSTIONE MAGICA,

qua est de

VOCIBUS ANIMALIUM,

DISSERTATIO MAGISTERIALIS

Qvam.  
Fretus Auxilio Numinis

Permittente Ampliss. Facult. Philosophica

P RÆS I D E

Viro Amplissimo,

M. CHRISTIERNO ALANDRO,

Eloq*v*, Prof. Ord. & Regio, Promotore  
suo magno,

Habebit ad diem 23 Novembris

M. DC. XCIV.

ERICUS SANCT/ O-Bothn.

In Auditorio Maximo.

A B O Æ,

---

Impr. apud Jo. LAURENTII WALLIUM.

CASTIONE MILESI

BY

LOCIBUS ANIMALEB

DISTRICTIO MAGISTERIA

BY

THESEUS MILESI

BY

THESEUS MILESI

M. CHRISTIERNI ALMANDO

BY

THESEUS MILESI

BY

THESEUS MILESI

BY

THESEUS MILESI

BY

THESEUS MILESI

dedikaatiovarianth, alkuperäinen  
Turun Yliopiston Kirjastose

1959:  
1305

FOTO- JÄRVINEN.  
Kuvaaja  
HERMAN LINDELL

*Viris Reverendis, Clarissimis*  
**DN. ISRAELI ALFTANO, Pastoris  
in Storckyro gravissimo.**

**DN. JOHANNI SANMAYN Pastoris  
in Lillekyro dignissimo.**

**DN. JACOBO WEZYNTHO, Gregis  
pretiosi Pastoris in GamleCarlby/ ut optimè  
merito, ita jam ex merito designato.**

**DN. NICOLAO BERGUDDI Qvæstori  
Regio in Bothnia perindustrio.**

*Patronis, qvondam Praeceptoribus,*

*optimis ac*

**Hocce Graduale offert specimen**

*Speciebatissimo atque Dottissimis,*

**DN. M. JOHANNI GEZELIO, G. F.**  
Pastori Ecclesiæ DEI in JacobsStad/ adja-  
centisque Parœciæ longe meritissimo.

**DN. MARTINO REVELIO,** Ecclesiæ  
quæ Christo colligitur in Malax Pastori vi-  
gilantissimo.

**DN. M. GEORGIO ÆNELIO,** Schola  
Trivialis Walensium Rectori accuratissimo.

**DN. MICHAELI SANTÆ** Verbi Di-  
vini ad Ecclesiam Walensium Communitro  
pio ac Fideli.

*Faulatoribus & Consangüineo,  
honoratissimis,*

*in honoris & obsequi documentum,*

ERICUS SANE.

In  
DISSERTATIONEM GRADUALEM

Dicitur

VOCIBUS ANIMALIUM

*Viri Clarissimi*

Dn. ERICI SANTIS

Amici in paucis cari.



Iteriusne queam vocalia  
bruta negare;  
Quæ cerno ingenium sic cele-  
brare tuum?  
Usqve ligent alias istorum vi-  
cula lingvam:  
In te laudando nulla silere  
potest.

*Festinans iudebam*  
**TORST: RUDEEN.**

AD VIRUM  
Præstanti ingenio & edecumata eruditio  
Clarissimum,

Dn. Mag. ERICUM SANCTI  
Amicum singillatim intimum, & perinde dilectum, post  
quam iam publicasset gradualem suam disputatio-  
nem per eruditam.

De

## VOCIBUS ANIMALIUM.

Domine Magister

 nihil est ingenio illo tuo nec præstan-  
tius nec utilius, qvod cum multa præ-  
clare scias ut scire magistrum Philo-  
sophiæ germanum æquum est, pauca  
tamen adeo te scire persentias. Sic  
est modestia tua: atque hæc ratio etiam tue  
solidum gaudium eruditioñis tuæ nunc demum  
exero ejusque ut sit testator memoria, glo-  
riam candidato tibi debitam nunc magistro  
tribuo. Nec enim tute tibi cupide effeasti  
hoc suffragium licet largiter merueris, sed lau-  
dem quæ tuæ debetur modestiæ, renitenti  
quasi colloco, cum sim sciens parum improbitatis  
distare si obstinare taceo dum bona dicere  
ha-

habeam, sive repugnauero, jussus vera dicere. Sed cum tantum non infinita habeam, unde mihi de te gratuler, unum hoc, præfiscine licet, commemorasse sufficerit quod cum multis illisque magnis viris, & hic & Upliaæ per virtutem qua es, innotueris, mihi tamen acciderit tibi esse in partibus, cum hoc magisteriale, & supremum ederes eruditionis tuæ documentum tam solidum tam dexterum tamq; meo censulatum ut nihil supra: unde est existimandi copia quale illud futurum fuisse, si per tempus licuisset ingenio tuo uti & ut intenderas pervenire eruditata commentatione quo volueras, cum tanta sit tua laus jam nunc cum felicitatio visa est omne tempus docto operi exemisse. Prolixiori mihi esse non licet nec refert, tandemmodo hoc simpliciter affirmo, quod si tute amice optime, meritorum præmia perceperis, mihi vero contingit alias, cui similibus inservire, id vero erit cur DEUM laudem. Ceteroqvi.

Clarissime Dn. Magister

Tuus sum totus  
CHRIST: ALANDER  
El. Prof.



# I. N. J.

## THESSIS I.

**D**e natura & operationibus animalium diversa apud Autores reperiuntur judicia ita ut certi aliquid circa easdem statuere res sit difficultima. Non desunt, qui rationem quoque brutis assignare, cuius ope actiones suas forment, haud dubitarunt, in quorum numero meritò ponendus est Plutarchus in dissertatione illa longa de solertia animalium, ubi non saltem rationem verum & virtutes & vitia eisdem competere magno nisu adstruit. Cæterum licet admiranda satis polleant naturæ efficacia, & in qvibusdam humanam ferè exsuperare videantur sagacitatem neutriqvam tamen eò possumus adduci ut eandem ex principio aliquo rationali profluere existimemus, sic enim liber-

tate

tate etiam in agendo gauderent, quod veritati apertissimè Contrarium. Qvicqvid proinde operationum per naturam in animalibus cernitur per organa ritè disposita & spiritus vitales produci multorum est judicium, nec videtur a veri specie adeo alienum, siqvidem perdita & amissa interna illa machinæ Corporeæ structura in qua Spiritus illi suas exercebunt operationes, ruinam & mortem ipsam scqvi necesse est. Qvia ablata causa tollitur effectum.

### THESIS II.

**H**is loco proœmii præmissis ad institutum proprius accedimus, imprimis considerantes num brutis animantibus, quoque facultas loquendi, & vox articulata a natura insit; testantur enim Historiæ eadem sæpius locuta fuisse, non secus ac homines, qvorum tamen illud est proprium. Sic apud Sophocl. duæ Columbæ locutæ feruntur. Idem de bove ait Livius Lib: 35. ac si dixerit *Roma cave tibi*. Canem locutum esse cum pulsus esset regno Tarquinius, Testis est Plinius Idem de cane Simonis Magi Petrum ac alios alloquente refert Clemens. In Domitiano Svernius scribit ita: ante paucos qvam occideretur

men-

mensēs, Cōnix in Capitolio elocuta est: *īrat  
mām nālās* erunt omnia benē nec defuit qui osten-  
tum sic interpretaretur.

*Nuper Tarpejo quæ sedit Culmine Cōnix,  
Est 'bene non potuit dicere, dixit erit.*

### THESIS III.

**H**æc & plura ejusmodi revera contigisse  
nolumus cum quibusdam dubitare, sic  
enim caderet & in fumum abiret omnis pro-  
batio, quæ ex probatis historiis desumitur; alia  
igitur procedamus via & quantum nobis hæc  
in re cognoscere datum sit proponemus; Videl.  
loqvelam proprie dictam, quæ nihil aliud est  
quam certa vocis sive sonorum articulatorum  
formatio animi cogitata significans, non competere  
brutis; non enim habent organa & instrumenta  
ad talem sonum formandum accommodata. De-  
inde carent animi cognitione, qvæ tamen nece-  
sariò reqviritur ad loqvelam, siquidem ad o-  
mnem fermocinationem debent præexistere noti-  
tiæ rerum & ideæ in mente; Absurdum enim  
est verbis aliquid velle exprimere, cuius perce-  
ptio non detur. Proferunt qvidem exemplum  
Psittaci: sed qvamvis per consuetudinem literas  
quas-

quasdam formare addiscat, attamen quæ inter  
homines occurunt & ad Conversationem homi-  
num quos quotidie audit pertinent, non potest  
proferre, alias etiam machina ita potest formari,  
ut voces quasdam efferat qvalem refertur Albert.  
Magnus fabricasse sicut & Psittacus. Ad exempla  
superius allata qvod attinet judicio summorum  
virorum fraudes & fascinationes dæmonum fu-  
isse existimamus qui ut animos hominum demen-  
tarent, eosque ad cultum sui pertraherent, hæc  
talia ludibria objecere. Proinde qvando vox  
formata est in ejusmodi animalibus, vel potius  
juxta ea, tum locutio nullo modo tribuenda est  
alii qvam Diabolo, ut formanti & edenti, aëri  
ut medio & instrumento, nulli ut actio vita-  
lis. Idem sentiendum de rebus insensibilibus  
quas aliquando locutas historiæ memorant, nisi  
quædam etiam inter fabulas referre velis, forte  
etiam imposturæ hominum aliquid erit attribu-  
endum.

#### THEISIS IV.

**H**ac occasione paucis etiam de Afina Balaami,  
Dominum suum alloquente agemus, qua  
sicilicet virtute id factum sit, quod verba humana  
pro-

protulerit cum id a natura Afini plane sit alienum, est enim *ιστολόγιον ἀπαύρον* jumentum mutum 2. Pet. 2. neque solum rationis expers, sed & iis organis destitutum, per quæ sermo formatur, unde Lucius sub Afina latens φωνὴ δὲ ἀνθρώπους εἶ τὸ μέμφασι τηναλάισεγεν εἰς ἔτι ἄνον. Vocem humanam ut de Palaestra quererer non habebam amplius. Nec est ut cum Maimonide omnia quæ Balaamo contigere in visione facta dicamus. Nam litera Historiæ evidentior est in hoc loco quam ut liceat meram hic visionem fingere. Miraculosam proinde fuisse hanc Afini locutionem & virtute divina productam tutissimum est statuere. siquidem aperte dicitur in textu qvōd Dominus os Afini aperuerit, h. e. qvad in natura deerat & in naturalibus vocis organis, virtutē sua suppleverit. Non qvad vocem more afinæ formaverit, Verba sunt Clar. Bochart. absque ipsis organis alioquin non magis diceretur Afina loquuta quam domus in qua loqueretur Angelus. Omnino igitur ex Afinæ lingva processit sermo: sed eam movente DEO per angelum & modo ad palatum modo ad

Labia, modo ad dentes allidente, & inflectente,  
prout erat necesse & aerem ad sonos for-  
mandos requisitum intra fauces comprimente,  
ne per bellvinos rictus intempestivè efflueret.  
Ita ut Angelus idipsum in hoc jumento præ-  
stiterit, quod in serpente Dæmon, cum E-  
vam allocutus est. non tamen fuit hic ve-  
rus Asini sermo. Sermo enim est imago  
mentis. Et τὸν λόγον προφερεῖν πρæcedit ὁ  
ἀνθάθετος. At in Asina nihil fuit tale. non  
capiebat animo voces quas ore suo profer-  
rebat. Tantum per agens extrinsecum, mota  
Lingua, illas formabat, ut nervis alienis mo-  
bile Lignum, quod νευρόσπερχον Græci appel-  
lant.

### THESIS V.

**S**olet etiam inter Doctos disqviri an anima-  
lia ejnsdem speciei se invicem intelligent  
& facultate Communicandi aliis qvæ velint,  
polleant. Affirmativa est non tantum Ægypti-  
orum opinio sed & plurimorum in Græcia  
Cele-

Celebris famæ scriptorum, & pro illa videtur  
etiam ipsa experientia militare. Nam si Pla-  
toni fides habenda: Elephas si in profundum  
Cœnum ceciderit ex quo se neque solus, ne-  
que unius ope liberare queat, inclamat so-  
cium qui quod evenit præsens Conspicatus  
abit. moxque reversus secum gregem Elephan-  
tum adducit, Collapsumque servat. Aiunt &  
in Libya scorpium, si ei non succedat, ut in-  
terficiat hominem abire, & cum pluribus re-  
verti, Connexosqve invicem alterum alteri  
catenæ instar insidias moliri; Non quod ta-  
cito quodam nutu utantur ista bruta, sed pro-  
pria sua dialecto. Potius tamen crediderim  
mutuam illam brutorum intelligentiam, si  
quæ datur ex affectibus saltem Corporis &  
motionibus appetitus belluini fluere, nec tan-  
tam a natura vim ipsis tributam esse, ut voce  
etiam sua inter se significare & Conférre pos-  
sint. Quam tamen sententiam mihi defen-  
dendam ob graves Causas haud suscipio, men-

tem

tem meam Saltim exposui. Plura & sane  
majoris forte momenti de nobili hoc argu-  
mento in medium proferri possent; Verum  
**Cum** omni tempore sim præclusus hic filum  
abrumperem & pedem figere cogor. Tu Bene-  
vole Lector judica ea, qvæ bonum decent  
virum. Momi enim protervia me  
nunquam movebit.

**DEO SIT LAUS ET GLORIA!**



## Högtährade Her Broder.

**S**ag haar väl länge tänkt/ det Pallas skulle  
löna/  
Een sådan idag sijt Her Broder haar städje/  
wijst/  
I det han nu mång åhr sig väl af Lårdom/  
spijst/

Det slog mig icke seelt/ ty nu månd hon ehr  
kröna/

Min Glädie är fast stoor/ doch är den mächtig större/  
Föraldrar ha här af/ de nu sin kostnad see/  
Ey varagjordt omlyft/ men härlig frucht framtee/  
Och få en älders trost den de en hade förr/  
Som nu ehrwijste dygd/ harnätt en så god ånda/  
Den Momi giftad' tand kan aldrig göra meen  
At önska bör då mig ey varar alt för seen  
Det GUD så nu som förr/ wil alt til båtta  
wända.

I så mårto framteer sin bro-  
derliga skyldighet  
**MICHAEL SÄNK.**

1959:  
1305



Ru. 46. 6139